

BENEDICTA SIT SANCTA TRINITAS.

# PROLOGOMENA

IN SCRIPTURAM SACRAM.

V B I,

PER OPPORTUNA OBLATA OCCASIONE,  
PROPOSITIONES 26. 27. ET 28. CIRCA RESTRICTIO-  
nes mentales à SS. D. N. Innocentio XI. damnatæ, salvo  
semper Apostolicæ Sedis iudicio: debitaque cum reve-  
rentia eiusdem exponuntur.

DVO THEOLOGIÆ MORALIS PRINCIPES, ET AMBO  
iure summo Venerabiles ob insignes, & heroicas suas virtutes,  
N. P. Fr. Leander à SS. Sacramento, & P. Thomas Sanchez  
à quorundam Recentiorum calumnia  
vindicanur.

ET INFALLIBILITAS SUMMI PONTIFICIS IN  
definiendo ex Cathedra seorsim, & independenter à Concilio  
Generali, & Ecclesiæ consensu accedente, adversus Illustrissi-  
mum Clerum Gallicanum, & Gallicanæ Ecclesiæ liber-  
tatum vindices defensatur.

AVCTORE

P. Fr. IOANNE A S. THOMA, NAVARRO; OPPIDI  
de Sarasa: Ordinis Discalceatorum SS. Trinitatis, Redemptionis  
Captivorum: in Salmanticensi suo Collegio Sacræ Theologiæ  
Primario Lectore, atque Ministro: & in Regia Curia  
semel, & iterum Procuratore  
Generali.

SVPERIORVM PERMISSV.

SALMANTICÆ:

Apud Viduam Lucæ Perez. Typ. Univ. Anno Dñi 1692;

*De la libreria del Colegio R.*



ILL<sup>MO</sup> AC NOBIL<sup>MO</sup>

D·D·BALTHASARI

HVRTADO DE MENDOZA ET SANDOVAL,

EXCELLENTISSIMORVM COMITVM

DE ORGAZ FILIO DIGNISSIMO:

IN REGIO, ET SVPREMO ORDINVM

SENATV CONSILIARIO MERITISSIMO,

CALATRAVENSIS MILITIAE EQVITI

PRÆCLARISSIMO:

OLIM IN SALMANTICENSI VETERI

COLLEGIO COLLEGÆ MAIORI.



V D A X Sine dubio videbor, Illustrissime

Domine, quod levidensi hoc munusculo te

adecundum existimaverim. Nec ideo desi-

stam, aut proram alio avertā. Praestat nam-

que audaciae damnari, quam ingrati animi

nota affici. Compulit me in obsequium

istud, praeter egregias animi tui dotes, te-

nera, ac suavismemoria ingentium beneficiorum, quibus

veluti multis nominibus, & syntagraphis me debitorē iam

pridem consignasti. Quantum tibi amoris, confidentia, ho-

noris, bonae existimationis semper debuerim: testes sunt

locupletissimi quot illustrissimam vestram Dominationē,

& me norunt in hac vbiq̄ue terrarum celeberrima Salmā-

ticensi Academia: in Granatensi Cancellaria: & in Curia

Regia:

Fere viginti ab hinc retrò annis, cum essēs alumnus, &

sodalis huius tui insignis Veteris, & maioris Collegij D.

Bartholomæo sacri, hominem eousque ignotum: nullis do-

tibus praeditum: spiritualis vitae ducem, ac directorē, perin-

de ac si ego nomine, aut munere isto dignus forem, elegi-

sti. Ex tunc me admisisti inter illos, quibus secretiora, &

penitiora cordis, & conscientiae committi solent. Sapien-



BENEDICTA SITSANCTA  
TRINITAS.

PROLOGOMENA  
IN SCRIPTVRAM SACRAM.



**I**RACTANT De Prologomenis istis Sancti Patres, & præcipue Augustinus, Hieronimus, Ambrosius, Gregorius, D. Thomas 1. p. q. 1. Abulensis pluribus in locis, Melchior Cano lib. 2. de Locis, Gravina, Salmeron, Bellarminus, Serarius, Vazquez, & novissimè Sapientissimus, & R. P. Richardus Lynceus Societatis Iesu, Sacræ Theologiæ Doctor, & Magister Salmanticensis, de Locis Theologicis tract. 5. & sequentibus, Ioannes de la Haye tom. 1. Prologom. ad Biblia maxima, & doctissimus, iuxtaque Religiosissimus R. P. Fr. Antonius à Matre Dei Carmelita Excalceatus in libro, cuius epigraphæ est: *Præludia isagogica ad Sacrorum Bibliorum intelligentiam*: ut alios innumerabiles missos faciam.

DISPUTATIO PRIMA.

*De nomine, existentia, et essentia Scripturæ Sacræ.*

**I**N Librorum scriptione nihil gratius accidere solet, quàm si in eadem succinta breuitas cum claritate concurrat. Conabimur, ut ita fiat.

